



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An non Bapizatus possit validè babtizare. [n. 41]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

CONFIDENTIA. XVI.

40.

Parvulus Christianorum parentum filius est in manifesto periculo vitæ nondum baptizatus; ad sunt Christiani, qui libenter eum mergerent sacro lavacro, ac oðn sine periculo propriæ vitæ, quaritur, an ad id obligentur.

RESOLUTIO est affirmativa, ita apud & cum P. Gobat tr. 2. cas. 7. n. 224. Sylv. Navar. Coninck, Bonacina & alij. Ratio est; quia quisque tenetur vitam propriam prodigere temporalem pro salute proximi in extrema necessitate vitæ spiritualis constituti. Unde S. Joan. Epist. I. c. 3. *in hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam posuit pro nobis, & nos debemus pro Fratibus animas ponere.*

De Ministro Baptismi.

CONFIDENTIA. XVII.

Quia cap. si quis per ignorantiam, habetur.

Si quis per ignorantiam, ordinatur antequam baptizetur, debere ab eo Baptizatos iterum baptizari, non immerito dubitatur, an non baptizatus possit valide baptizare, ideo sit. 41.

RESOLUTIO ex Conc. Flor. in decreto unionis: In casu necessitatis non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam Laicus vel mulier, imo etiam Paganus & Hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesie, & facere intendat, quod facit Ecclesie.

Ratio & sumitur ex necessitate hujus Sacra-

menti, quoniam scilicet plerimi perirent ex defectu Ministri, si non quilibet obvius in necessitate esset sufficiens, unde ad cap. *si quis per ignorantiam*. R. Ibi refertur à S. Ildoro errorem aliorum: Quare statim subjungitur, sed Romanus Pontifex non hominem judicat qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam Baptismi, etiamsi Paganus sit, qui baptizat.

CONFIDENTIA. V.

42. Quidam Parochus ex odio, quod habet erga Parentes, recusat baptizare infantem, adest autem Diaconus: Queritur ergo, an is tunc possit solemnem Baptismum conferre; Ratio dubitandi est, quia Diacono id solum licere videtur in absentia Sacerdotis, & ex commissione ordinarij, hic autem adest Sacerdos, & quidem ordinarius, nec dat licentiam Diacono, ut supponitur: Sit itaque

RESOLUTIO, Diaconus in casu proposito potest licite administrare Baptismum solemnem infanti, etiam sine licentia Parochi, si alius Sacerdos non adsit, qui possit & velit baptizare. Ratio est præceptum Charitatis, erga proximum, & quia hanc potestatem accipit ab Ecclesia in ordinatione. Ex quo ad rationem dubitandi. R. Sacerdotem nolentem baptizare haberi pro absente.

CON.